

In longo opere quip; bona dormitiat homini Hesatur

v. 16

W.E.

Thi diuinam Poetica ante Leteras artes iuuentā
Ad lectorem Epigranum.

Gens rudis. et longum obscuris immersa tenebris
Mole oppressa graui. nil aio vscq; modi
Degebant hoies ritu passimq; ferino
Federa nec vulgus norat amicitie
Donec ab ethereis marcentia corpora somno
Iam Thalia polis ausa fouere cheli
Socordes animi donec didicere quid vsus
Discrepat a recto. quid decor et ratio
Protinus et mandat leges. arcanaq; sensa
Membrane. tabulis iuracq; vindicibus
Innumeras edut artes bellicq; togeq;
Hinc est relligio dis. honor et patrie
Nuc age mens alta. lauros que p̄m̄ta sacre
Frontis Apollineas nectere docta petis
Musica qui es hoīm. diuumq; eterna voluptas.
Pectora comulcer. nectare casta fouet

Ad nobilem et studiosam Germanie iuuentutē in p̄me
tariorū sup terciam et quartaz p̄tes doctrinalis Alexandri
galli editos Joannis Curnelli Rurenūdensis Elegia.

Fortunata nimis pubes germana. quid ultra
Expectes. sari verba latina queas
Si quo fonte cadant thomana vocabula primum
Quo flectenda modo nomina. verba. tenes
Tradita de inde tibi methodo syntactica mira
Trica nec ambages vlla relicta fuit
Nunc etiam nitidis quecūq; est syllaba chartis.
Quanta sit. exiguo nosse labore potes
Insup accentus vocum latijq; figuris
Sermonis summa discere. pace licet
Ne desis studio tibi. culpa docentis inique
Arguitur. pergas laudis amore calens
Te nemus aonium. liquide te phocidos vnde
Te quoq; daphnea fronde corona manet
Barbaries ludo nūc explodatur ab omni
Iam sacer admittat murmura nulla chorus
Divinas post hac integre dicere laudes
Detur et cloquio pangere sacra pio
Educat argutos felix Germania vates
Iam sophia et musis sit comitata suis.

